

Unde oriatur certitudo scientia, &c. 75

dò, ut ita loquar, per concursum suppositionis, ideo voluntatis libertati non officit, quia nec voluntatem ipsam afficit agendo in ipsam, sed ipsam sibi ipsi relinquendo, licet nihilominus necessario ituram in alterum actum è duobus contradictoriis, quia simul in utrumque ire non potest. Et sic nos quidem comperimus & assignamus vim, quæ sine offensione ulla libertatis determinat veritatem, de qua sermo est; interim dum Adversarii pro determinanda illa veritate coguntur recurrere ad vim decretorum prædeterminantium, quæ non sunt cum libertate compatiblea, ut supra dictum est. Atque in hunc modum nos in nullam Scyllam incidimus, sed illi in sua Charybdi volentes pereunt.

mus officiar
libertati.

Objicies secundo. Si veritas, quæ est in altera è duabus propositionibus contradictoriis de futuro contingenti, esset determinata independentè ab omni decreto Divino, effectus de quotalis propositio verificaretur determinatè, futurus esset suo tempore, non solum independentè à voluntate Divina, sed in superinvitâ illâ & reluctantè. Sed istud consequens est absolum planè ac impium: igitur veritas non est determinata independentè ab omni decreto Divino, à quo utique determinatum statum suum habet, si quem habet. Sic itaque jam probatur sequela majoris, ubi est tota difficultas, advertendo principium, in quo stabilitur quidquid propugnamus de veritate illa determinata, esse vim illam contradictoriam, quæ est inter duas propositiones contradictorias de futuro contingenti, & quam esse insuperabilem admitimus.

LXXVII.

Asunt, quod juxta nostram opinionem, quod futurum est, etiam independentè à Deo, futurum esset.

Hinc enim apertè sequitur, quòd si propter vim illam contradictoriam hæc propositio, *Paulus orabit*, esset determinatè vera, oratio Pauli esset futura, antequàm Deus vellet, & quamvis non vellet esse futuram: siquidem quæcumque vis intelligatur esse in voluntate Divina contradicente tali futuritioni, non hæc vis illi contradictoriæ, sed illa isti prævalebit, cum insuperabilis sit: & sic Paulus, velit nolit Deus, orabit. Tum istud consequens, ut aiebam, est absolum planè ac impium; vel præsertim quia consequentia illa generatim valeret pro omnibus omnino futuris contingentibus; pro quibus superflua esset omnis Divina providentia, siquidem perinde futuris, licet de illis à Deo provisum à Deo fuisset nihil; aut aliter, licet de illis à Deo provisum fuisset aliquid ex adverso.

LXXVIII.

Nen pe quia vis contradictoria prævaleret visibus, licet infinitis, arbitrii & domini Divini.

Præterea si veritas, de qua sermo instituitur, est in modum

LXXIX.

Imò nul.